

Ioannis Malpoei medici Andomarensis Tabellae quae Hippocratis Coi libellos tres de prognosticis complectuntur.

Contributors

Malpé, Jean.
Hippocrates. Coa praesagia.

Publication/Creation

Parisiis : Apud Martinum Iuuenem, sub insigni D. Christophori, è regione gymnasij Cameracensis, M.D.LXIII. [1563]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/vdgjyt85>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Dupl 2.60.

4

IOANNIS

Malpoçi medici An-

DOMARENSIS TABEL-
LAE QVAE HIPPOCRATIS


Coï libellos tres de Prognosti-
cis complectuntur.



PARISIIS


*Apud Martinum Iuuenem, sub insigni D. Christo-
phori, è regione gymnasij Cameracensis.*

M. D. L X I I I.





ILLVSTRISSIMO ET NO-
BILISS. HEROI PHILIPPO DE SAN-
ctaldegõ de D. de Norcarmes, vrbis Andoma-
rensis gubernatori, &c. Ioannes Malpoæus
S. D.

 *Q*UOD dudum emerendi fauoris tui
gratia facere exoptaueram, heros ge-
nerosissimè, id me propemodum præ-
stitisse cõfido: quum tibi ingenij saga-
citate & acerrimo mētis iudicio præ-
stanti, qui non solùm quæ ante pedes
præsentia sunt, & oculis obuia clarè cernis, sed consecu-
tura quoque celerrimè & acutissimè perspicis, eam me-
dicinæ partem quæ medicum prudentia & rerum futu-
rarum præscientia instruit, dedicavi. Quod eò feci liben-
tius, quod mihi persuasum haberem te pro tua singulari
sapientia huius artis integritatem contra imperitorũ ho-
minum calumnias esse propugnaturũ. Cùm enim non ra-
rò vsuueniat ut artem medicam morbi seuitia & ma-
lignitas superant, eámque ob causam malè audiant me-
dici velut officio malè functi, aut futuri euentus ignari,
huic quantopere necesse sit medicum in ea parte medi-
cinæ, quæ prognostica tradit, exercitatũ esse manifestum
est: ut & neminem sese à culpa præstet, & ab interem-

pti ægri suspitione liberet. Quid enim non calumniatur,
aut cui conuitium non facit hæc ætas, si qua fuit unquã
deprauatissima, quæ recte etiam facta malignè interpre-
tari solet? Quotus enim quisque est qui postquam ope di-
uina & prudentis medici auxilio conualuit, non suam
receptam sanitatem fortunæ tribuat, Deum verò sum-
mum illum archiatrũ iusta & peculiari gloria frustre-
tur, & medicum debito honore & mercede defraudet?
Quòd si morbus vel protrahatur, vel hũc insanabilem
mors excipiat, & Deum omnium mortalium æquũ iu-
dicem & vindicẽ iniuste accusant, & medicum imme-
ritis conuitiis onerant, adeò cæca mens est imperitiæ præ-
sertim multitudinis (cum qua medicis ut plurimum res
est) iudiciũque peruersum. Proinde nobis enitendum
esse putavi & eam ipsam ob causam, vel ob id maxime
quòd nobilius quàm cæteri artifices sortiti sumus subie-
ctum, ut absolutissime nostro munere fungamur: & si-
gnis veluti quibusdam rerum indiciis, uniuersam corpo-
ris ægrotantis constitutionem nimirum commemoratiuis
præteritam, demonstratiuis præsentem, prognosticis verò
futuram artificiosa coniectura deprehēdamus. Hæc au-
tem prognostica, de quibus Hyppocrates tribus libellis
pertractat, à nobis ordinis, facilitatis & memoriæ causa
in tabellas congesta, maxime necessaria sunt: & medi-
cum, si qua alia medicinæ pars, imprimis nobilitant, siue
salubris, siue perniciosus morbus occurrat: hisce enim me-
dici futura præsentunt, & morborum decursum eorũ-
que

que exitium prænuntiant. Quid? quod iisdem etiam signis morborum coctionem, cruditatem, diem decretorium, salutem & mortem medici rimantur & peruident? Ad hanc morbi causam, speciem & sedem affectam, sine quibus nec accommoda victus ratio decerni, nec legitima curatio institui potest peruestigant. Id verò si possit quisquam qui non sit politioribus & philosophicis artibus insigniter exornatus, neque longa experientia multarum rerum usum sibi comparauerit, iam quibusvis carnificibus sceleratissimis, qui se passim pro medicis venditant, impunè quoscunque occidendi facio potestatem: nec imposterum de huiusmodi nefariis totius naturæ hostibus queror, qui hoc uno, ut auctor est Galenus, à latronibus & sicariis differunt, quod hi in montibus & syluis grassentur, illi verò in urbibus & priuatorum ædibus cædem faciant. In quorum capitalem audaciam cum nulla hactenus lex, nullus magistratus animaduernerit, tuam opem Heros nobiliss. uniuersus medicorum ordo supplicat, implorat, ne in ea saltem, quam prudenter administras & tutaris republica, ignorantiam scientiæ non modo æquari, sed maximo Reipub. incommodo præferri patiare. Nam quod de aliis artibus in hac nostra ciuitate nulli iudicare permittis, nisi artificibus & usu peritis in quibus etiam solemne est ut aliquo specimine prius exhibito legitimam artis tractandæ peritiâ comprobent, bene institutæ Reipublicæ argumentum est. At de curatione morborum & medicina (quæ est haud dubiè o-

*mnium artium longè difficillima) cum iudicant homines
prorsus imperiti, & magno vulgi applausu muliercu-
la, hac in re non modo indignitas summa est, sed etiam
plurimum periculi. Irrumpunt enim hodie, proh dolor, per-
multi in curationes, ne dicam maētationes agrorum, vel
spretis etiam medicinae praeceptis. Ad hanc rem non u-
sum, non ingenium, non medicam, aut philosophicam a-
liquam eruditionem afferunt: sed meram impudētiam,
cum extrema inscitia & impietate coniunctam. Adde
etiam illud, quod quem fructum suo iure repetere debēt
viri graues medici omnium artium genere perpoliti. qui
per totum vitæ curriculum magno sumptu nec mediocri
valetudinis & temporis dispendio, philosophiæ & me-
dicinæ incumbentes, in quibus disciplinis propè cōsenu-
erunt, hunc cū à personatis illis medicis interuerti con-
spiciūt, & tam nobilis & salutaris artis dignitatem &
utilitatem perfucatos homines prophanari & in homi-
num perniciem cōuerti, vel ob id maxime & animo, ut
debent, anguntur & discruciantur. Hisce igitur barba-
tenus & pallio philosophis utinā Deus aliquis tantum
naturalis philosophiæ & medicinæ inspirarit, quantum
brutis quibusdam animantibus sola natura doctis indi-
tum videmus, inter quas quedam plurimarū herbarum
vires & cognorunt, & mortalibus indicarunt, veluti
hyrundines chelidonū, ciconiæ origanum, columbæ ver-
benacam, dictamū cerui, & alia alias. Quid? quod bru-
ta non pauca quamuis rationis & cogitationis expertia
sint,*

sint, & neq; ingenio excellēti, neque multa prudētia pol-
leāt, futuri tēporis mutationes praeuidēt, & sibi sentiunt,
& nobis utique praesagiunt. Mergi enim futura in mari
tēpestate animaduersa subterfugiunt, & in siccā arenam
se se recipiunt. Aues plurimę lacustres & marinae subinde
se in aquas mergentes futura pluuię coniecturā faciunt,
quam imminentē prospicientes grues & ardeae ut ab ea
tuta euadāt nubes altissimo volatu superare contendūt.
Serenitatē verò spōdent halcyones cū in littoribus ma-
rinis alas non explicant. Noctua quoque eādem promit-
tit cū post solis occubitus turrium, vel arborum culmi-
nibus residens lugubriter canit. Quam etiam portendūt
corui cū mira lētitia vocē ingeminantes crocitant. Cae-
terū huiusmodi brutorum animantium praenotiones
sive ab acumine sensus sive à sympathia vel alia qua-
dam commotionem virium naturalium praeueniant pru-
dens omitto, & quaedam de consilij & instituti mei ra-
tione paulo latius explicabo. Cū ordinem rebus omni-
bus & memoriae maximè lumen afferre viderem, qui
& hoc quoque comparandis artibus praestat, ut & ani-
mo percipiatur facilius, & memoria fidelius continean-
tur: protinus hoc opus prognosticorum omnibus partibus
absolutissimum ad usum priuatum initio mihi in tabel-
las ordine coēgi. primū ut meipsum erudirem, deinde
ut aliquorum honesta studia promouerem. Mirum e-
nim quam iucundum, utile, & pene necessarium sit, fir-
ma & perspicua signa ordine per tabellas distributa te-

nere, quæ in aspectu sint, & veluti in oculos incurrant, quum à medico iudice de salute & morte acri sententia exquiritur. Hac in re maximè ceteris hominibus præstat medicus, & ad Deum proximè accedit, dum quod est solius omnipotentis naturæ proprium, futura vaticinatur: diem, horam, & propemodum ipsius salutis vel interitus momentum sæpenumero prænunciat. Hac igitur artis medicæ pars quæ Græcis *πρωτογνωσία* dicitur, planè diuina est, & diis immortalibus accepta præter alias medicinæ partes referri debet: nam ceteras hac laude potissimum superat, quod in morbis salutaribus agram citò, tutò, & alacriter ad optatum bonæ valetudinis finem perducatur: in lethalibus verò hominem communit aduersus omnia mortis ineuitabilis terculamenta, & vix unquam imparatum vitæ eripi sinit: quo quidem beneficio quid potest homini in hoc mundo agenti morti destinato optabilius accidere? maximè quum non tam referat quomodo quis in lucem editus, in hanc vitam irrepserit, quàm quomodo hinc emigrans extremum vitæ diem (à quo fœlicitatis vel infœlicitatis exordium sumitur) clausit. Porro autem quum de morbi euentu præsagens medicus interdum hallucinetur, & moriatur is quem superstitem futurum dixerat, contrà conualescat, de cuius salute desperauerat, quibus id de causis accidat, nulla ut medico inscitiae aut improvidentiae culpa impingi possit enarrabo. Nam tametsi eo quo Hypp. ordine tradidit signa prognostica medicus percurrat,

currat & acri iudicio singula perscrutetur morbi imprimis substantiam, causam morem motum magnitudinem symptomata actionū, scilicet lesionem & excrementorum vitium. Ad hæc egrotantis virium robur, locū affectum, situm, habitum, ætatem, regionis, temporis, & circumflui aëris cōstitutionem. Denique pharmacorum depellendo morbo congruentium profectum, & similium agrotorum euentum, nonnunquā tamen licet prædictioni sæpius respōdeat, euentus fallitur, & perit aliquis de quo initio securus fuerat medicus, non dissimili persuasus argumento quo Agricola qui lætas segetes conspiciat, messē optimā, quam interdum interuertit calamitas sibi falsò pollicetur, qui quum etiā ineunte verè arborum flores intueretur, fructus percepturum se confidebat, at hi subinde ventis adhuc immaturi decutiuntur, ut illi solis ardore exusti quandoque marcescunt. Quid? quod nec gubernator quantūvis prudens & circumspectus omnes tempestates prævidere potest, nec imperator quālibet artis militaris peritus sit omnes omnium hostium insidias precauere. Ita medicum in prognostico aliquando errare contingit, nunc propter ægri intemperantiam, assidentium errorem, externorum culpam, nunc propter subitam turgētium humorum in partem aliquā nobilem confluxum, nūc verò propter humanæ naturæ infirmitatem, quæ quum intellectum certis circumscriptū terminis acceperit infinitā corporū assidue mutationi obnoxium varietatē accuratè pernoscere nō potest. Postremò quod

pauci animadvertunt, qui in solā naturā oculos defigunt, in qua rerum futurarū causas efficientes non abs re condi existimant, quippiam præter naturæ ordinem ab ipso naturæ conditore (ut in aliis plerisque rebus humanis) sic & in morbis sæpe excitatur, quod medicum parum religiosum in errorem pertrahere potest. Multa siquidē inuocatus Deus mala tollit & mitigat, multa quoque irritatus immittit & exasperat, causis omnibus naturalibus liber & solutus: quod Ethnicos & Epycureos maximè latuit, qui Deū esse, aut mortalia curare negātes, omnia casu nasci & occidere affirmarūt: qua quidem in re non vulgariter Stoicorū familia delirauit: quæ cū Deū ad causas secundas alligasset, illū negauit aliter agere posse, quā ut causæ secundæ feruntur, ne fortè ordo naturæ perturbaretur. Sed hos de veritatis via lapsos toto cælo aberrasse constat, nāque doctrina cœlestis plurima firma testimonia illustribus exēplis cōprobata profert, in quibus Deus liberationem & auxilium pollicetur afflictis, & se testatur calamitosis ipsum inuocantibus adesse: quibus recensendis supersedeo, ne hæc medicina cū theologia commistio morosioribus quibusdā nimis insulsa videatur. Vale Heros virtutibus & stemmatibus clarissimè, & te Deus omnis salutis author & Christi liberatoris nostri pater æternus, ita regat, ut gubernatio tua tibi & Reip. salutaris & prospera esse possit. Andomari postridie Catharines, anno à partu virgineo 1561.

prognosticorum
**PROGNOSTICORVM HIP-
 POCRATIS LIBER PRIMVS**
*in tabellas congestus, per Ioannem Mal-
 poeum Medicum.*


| | | | |
|---|--|----------------------|---|
| Medicum vti pro- uidētia optimū. Etenim | { Aegros habiturus est magis obtemperantes. Ad futura multò ante se comparabit. In suspicionem cædis ægrorum non veniet. | | |
| Medicus præsen- tiēs & prædicēs. | { Præsentia. Præterita, Futura, Ab infirmis o- missa, Quantū affectus corporis vires excedat. Si quid est diui- ni in morbo, Morituros, Victuros: | { Id cōse- quitur | { Nihil quod æ- gris vsui fuerit ignorare puta- bitur. |
| | | | { Curationē opti- me molietur. Admirationi c- rit: |
| | | | { Vt fidus com- mendabitur. |

Fieri non potest ut omnes ægros sanitati restituat medicus: licet hoc præstantius esset quàm futura prænoscere.

| | | | |
|---|--|---|--|
| Aegrotantium quū alij inter- cant. | <table> <tr> <td> { Priusquam aduocetur { medicus, { Accersito medico de- { repente, { Vbi vnā vixerūt diem, { Vitam paulo longiori { spatio extendentes, </td><td> { Ob id harum affectio- { num naturas noscere o- { portet, quantū corporis { viribus sint superiores. </td></tr> </table> | { Priusquam aduocetur { medicus, { Accersito medico de- { repente, { Vbi vnā vixerūt diem, { Vitam paulo longiori { spatio extendentes, | { Ob id harum affectio- { num naturas noscere o- { portet, quantū corporis { viribus sint superiores. |
| { Priusquam aduocetur { medicus, { Accersito medico de- { repente, { Vbi vnā vixerūt diem, { Vitam paulo longiori { spatio extendentes, | { Ob id harum affectio- { num naturas noscere o- { portet, quantū corporis { viribus sint superiores. | | |

T A B. H I P P O C R A T.

Notæ ex vultu.



Signa ex oculis.

| | | | | |
|---|---|--------------------------------------|---|--------------------------------------|
| Si oculi | { | Lucem fugiant, | { | Perniciosa signa sunt & lethalia. |
| | | Illachryment præter voluntatem, | | |
| | | Peruertantur, | | |
| | | Alter altero minor sit, | | |
| | | Albas partes rubentes habeant, | | |
| | | Venulas lucidas, aut nigras habeant, | | |
| | | Sordes habeant, | | |
| | | Instabiles sint, | | |
| | | Timidiores existant, | | |
| | | Canis vehementer, | | |
| Squalentes, obscuri, | | | | |
| In quibus album non commissis palpebris inter dormiendum apparet, nec ex medicamento vel consuetudine. | | | | |

| | | | | |
|----------|---|------------|---|-----------------|
| Palpebra | { | Contracta, | { | Lethale signum. |
| | | Liuida, | | |
| | | Pallida, | | |

| | | | | |
|-------|---|-------------|---|--|
| Labia | { | Resoluta, | { | Aegrum morti proximum significant, maximè si præcedentium signorum aliquid adsit. |
| | | Pendentia, | | |
| | | Frigida, | | |
| | | Albicantia, | | |

A decubitu notæ.

| | | | | | | | | | |
|-------------------|---|--------------|---|------------|---|-----------------------|---|--|-----------|
| Decubitus sanorum | { | In latus vel | { | Dextrum, | { | modice inflexa habet. | | | |
| | | | | Sinistrum, | | | | | |
| | | Manus, | { | Crura, | | | { | Totum corpus molle, & flexibile situm obtinet. | |
| | | | | | | | | | Ceruicem, |
| | | | | | | | | | |

| | | | |
|--|---|--|------------------------------|
| Qui decum- bit, si | Supinus iaceat, | } Minus bonum. | |
| | Manus, | | |
| | Collum, | | |
| | Crura, | | |
| | Pronus etiam fiat, | } magis horrendum, | |
| | De lecto ad pedes delabatur, | | |
| | Nudos habeat pedes, nec admodum calidos, | | |
| | Manus, | } Inæqualiter diffe- cta ac nuda ha- beat, | } Malum & angoris signum. |
| | Collum, | | |
| | Crura, | | |
| | Hianti ore dormiat, | } Lethale. | |
| Supinus iaceat, cruribus valde in- curuatis, & complicatis, | | | |
| Pronus non sic dor- mire consuetus si- gnificat vel | Delirum. | | |
| Et erigi vult, vel federe in mor- bi vigore. In | } Dolorem locorum circa ventrem, Omnib' morbis acutis-Malū, Pulmonicis-Pessimum. | | |

De signis ex stridore dentium.

| | |
|--|--|
| Stridor dentiū per febres præ- ter consuetudinem à teneris contractam significat | } Infaniam, quæ ubi aduenit pern- ciosissima nota, Mortem. |
| | |

De ulcere.

| | | |
|--|---|----------------------------|
| Vlcus siue ante morbū, si ue in ipso morbo natū sit | } Liuidum & siccum, Pallidum & siccum, | } Mortem si- gnificant. |
| | | |

De ge

De gesticulatione manuum.

| | | | | | | |
|--------|---|-------------|---|---------------------------|---|-----------|
| Qui in | { | Febre a- | { | Manus subinde faciei ad- | { | Malum & |
| | | cuta, | | mouet, | | |
| | | Phreni- | | Frustra venatur muscas, | | |
| | | tide, | | Colligit festucas, | | |
| | { | Pulmonia, | { | De veste euellit floccos, | { | exitiale. |
| | | Capitis do- | | De pariete stipulas car- | | |
| | | lore, | | pit, | | |

De spiratione.

| | | | | | | | | |
|--------|-------|---|-------------------|---|--------|-------|---|--------------------------|
| Spira- | ratio | { | Frequens & parua, | { | Signi- | ficat | { | Dolorem, |
| | | | Crebrior & magna, | | | | | Inflammationem partium |
| | | | parua, | | | | | supra septum positarum, |
| | | | Rara & | | | | | Extinctionem caloris na- |
| | | | magna, | | | | | turalis, |
| | | | Facilis, | | | | | Delirium, |
| | | | | | | | | Natiuum calorem super- |
| | | | | | | | | esse. |

De sudore.

Sudo-
 s in
 orb.
 ut.

Vti-
 les,

Optimi qui

Boni qui

In diebus indicatoriis sunt,
 Febrem faciunt,
 Per totum corpus eodem modo quo circa caput
 prodeunt,
 Faciunt ut ager facilius toleret morbum,
 Fiunt guttatim & exhalando,

Inu-
 tiles,

Mali

Pessimi

His contrarij,
 Frigidi,
 Qui sunt
 milij in-
 star tantum circa

caput,
 Faciē,
 Cerui-
 cem,

hi cū
 febre

Acuta,
 Mitiore,

signifi-
 cant

Mortem,
 Morbi lō-
 gitudinē.

B iiij

Sudorum

Sudorum quidam fiunt propter { Corporum exolutionem,
Inflammationis vehementiam.

De Hypochondriis.

Hypochō-
dria {
Salubria quæ { Dolore vacant,
Mollia & { Dextra & sinistra parte,
Aequalia {
Inflammatione } vexantur,
Dolore
Intenta,
Inæqualiter affecta dextra & sinist. parte.
Infalubria quæ { Pulsantia quæ { Perturbationem,
significant { Delirium,
Furorem, si oculi fre-
quenter moueantur.
In quibus { Magnus, { q pericu { Dextra
tumor { Durus, { losus est { magis,
Doloro- { in parte { Sinistra
sus. { minus,
Vtraq;
maxie.

A Tumoribus.

Talis hypochondrii { Durus,
tumor sine phleg- { Dolens,
mone à principio { Renitens, { proximam mortem de-
Aliquid internū } nunciat.
simul afficiens.

Huiusmodi tumor ubi 20. { Quiescente febre, { ad suppurationē
dies excessit, neque { Tumore remisso, } conuertitur.

Tumor

Tumor omnis aut { Humore digesto curatur,
 { Humore manente mutatur in { Putredinem,
 { Pus,
 { Sedata febre, phlegmone schirrhosa fit.

Si tumorē habenti in- { Caput dolet,
 ter primos circuitus { Oculi cali- } Sanguinis è naribus expectā
 { gant, } da utilis eruptio, maximè
 { in minoribus annis 35.

Tumorū in hypochō { Breuiori tēpore finitur & { Mollis est,
 driis & in reliquis { minori cū periculo qui { Dolorem non
 ventris partibus { Ad suppurationem verte } infert,
 { tur, itra 60 dies quū neq; } Digitis cedit.
 { Febris definit,
 { Tumor subsi-
 { det.


Tumor si- { Periculum mortis qui { Durus est,
 gnificat { Morbi diutur- { Magnus est,
 { nitatem qui { Dolore cruciat.
 { Mollis est,
 { Sine dolore est, } In quo ex superio
 { Prementi digi- } ribus sedib. san-
 { to cedit. } guinis fluorē ex-
 { pectare oportet.

Tumores { In hypochōdriis, } faciunt abscessum { Frequenter,
 { In ventre, } { Rarò,
 { Sub vmbilico. } { Nunquam.

Tumor { Calidus,
 { Frigidus, } Ad suppurationem { 20 }
 { Inter hos medius, } vertitur, { 60 } die.
 { 40 }


A Suppuratione.

C Suppura



LIBRI SECUNDI PROGNOSTICO-
rum Hippocratis tabellæ, per Ioannem Malpocæum Medicum.

De *Aqua intercutem.*



Mali morbi signum si { Caput, Manus, Pedes, } frigida sint { Ventre Lateribusque } calentibus.

Morbi cōstitutio { Bona, si corpus } { Mole Calidum Conuertat } { sit æqualiter. }
 { Erigat } { se faciliè. }
 { Grauitatem, Manus & } { graues, } { Mortē in p̄pinquo }
 { Pedes Vngues } { liuidos, } { esse significat. }
 { Mala, si corpus habeat. } { Digitos } { Digitos } { nigros, } { Periculū portendit, at si ager }
 { Pedes Pudēda } { Retracta, } { facile morbū sustinet, aliis si- }
 { Testes } { Lethale peri- } { gnis salubribus existentibus, }
 { } { culum } { suppuratio expectanda est. }
 { } { Vehemētes } { }
 { } { dolores } { } { significāt. }

De Somno.

Somnus { Bonus, Nocturnus vigilæ diurnæ succedens, }
 { Minimè lædit, Matutinus ad tertiam partem diei, }
 { Peior, Diurnus, } { Dolor } { hīc de- }
 { Pessimus, Qui neq; noctu neq; inter } { Labor } { lirium. }
 { diu accedit, cuius causa }

De deiectionibus, & alui excrementis.

Venter in quouis morbo si sit { Mollis, } { Bonum. }
 { Corpulentus, }

T A B. H I P P O C R A T.

| | | | | | | | | |
|---------------------|---|--|------------|---------------------|---|--------------|---------------------|---------|
| Deie- ctio | Optima, | Mollis, | | | | | | |
| | | Cohærens, | | | | | | |
| | | Eodem tempore facta quo à sano egerebatur, | | | | | | |
| | Ex vſu, | His quę ingesta sunt proportionē respondens, | | | | | | |
| | | Colorem | } | retinens naturalem. | | | | |
| | | Odorem | | | | | | |
| | Mala, q̃ | Liquida | } | cūm | } | Nec stridet, | { | Crebro, |
| | | Humida | | | | | | |
| | | Frequēs est | } | significat | { | Infomniam, | | |
| | cū labore | } | | | | | Periculum defectio- | |
| Vniuerſa & frequens | } | | nis animæ, | | | | | |
| Bona, q̃ | | Plurimū prima luce p̃ consuetudine excernit, | | | | | | |
| | Inſpiſſatur morbo ad indicationem tendente. | | | | | | | |
| | Subfulua, | | | | | | | |
| Deie- ctio | Mala | Non valde graueolens, | | | | | | |
| | | Lumbricos rotūdos emittit sub finem morbi. | | | | | | |
| | | Admodum aquoſa, | | | | | | |
| | Exitialis | Albicans, | | | | | | |
| | | Pallida, vel admodū crocea, | | | | | | |
| | | Spumans, | | | | | | |
| | Exitialis | Exigua, | | | | | | |
| | | Glutinofa, | | | | | | |
| | | Candida, | | | | | | |
| | Exitialis | Subpallida, vel ſubcrocea, | | | | | | |
| Leuiſ. | | | | | | | | |
| Nigra, | | | | | | | | |
| Deie- ctio | Exitialis | Liuida, | | | | | | |
| | | Pinguis, | } | } | } | } | } | } |
| | | Fœtida, | | | | | | |
| | Verſicolor | } | } | } | } | } | } | |
| | q̃ excremēta habebit | | | | | | | } |
| | Ramētōſa, | } | } | } | } | } | } | |
| | Bilioſa, | | | | | | | } |
| | Cruenta, | } | } | } | } | } | } | |
| | Porracea, | | | | | | | } |
| | Nigra, | } | } | } | } | } | } | |
| Exitialis | Simul, | | | | | | | |
| | Per vi- | | | | | | | |
| | ces. | | | | | | | |
| Deie- ctio | Exitialis | Flatus | | | | | | |

Flatus { Optimus, qui { Neque strependo }
 { Pessimus, qui { Neque pedendo, } emittitur.
 { Includitur,
 { Reuoluitur.
 Qui cum strepitu non sponte e- { Dolere,
 missus exit, significat ægrum { Delirare.

Murmur circa { Si cū stercore & { Dolores, }
 hypocondria, { vrina excernitur } inflammationis
 { soluit recentes. } Extuberantias, } expertes.
 { Si ad inferiores sedes, licet }
 { non transierit, deuoluatur. } Iuuat.

De urinis.

Optima, In qua per totū morbi decur- { Album, } securitatē & morbi
 sum sedimentum est { Leue, } breuem significat.
 { AEquale }
 Minus bona, quæ aliquando { Pura mingitur,
 { Sedimentū } Album } diuturnioris & mi-
 habet { Leue } nus securi morbi in-
 { } dicitur.
 Subrubra, In qua sedimentū est { Subrubrū, } Diuturniorem superiore
 { Leue, } morbum, at salubriore fo-
 { } re declarat.
 Mala, In qua sedimentum est { Crassum, } Malum:
 { Farmaceum, } Deterius:
 { Laminosum, }
 { Valde tenue & } Vitiosum:
 { Valde candidum, }
 { Furfuraceum. } Deterius.
 In qua nebulae { Albæ, Bonæ maximè quæ deorsum }
 suspensæ sunt, { Nigræ, Malæ maximè quæ sursum } feruntur.
 Crudi morbi index { Ruffa &
 { Tenuis.
 Perniciosissima { Fætida,
 { Aquosa: in pueris,
 { Nigra: tum in viris, tum in mulieribus:
 { Crassa.

Qua longo tēpore permanet { Tenuis, } sub diaphragmate absces-
 Cruda, } sum expecta, si reliqua si-
 gna salubria sint.

In qua pinguedo telis arancarū similis innatat, colliquationis est index.

Quum vesica ægrotat vrina nota est { Non totius corporis,
 Sed ipsius duntaxat vesicæ,

De Vomitu.

Vomitio { Optima { Pituita ac bile permista,
 Non multa,
 Non crassa.
 Deterior, Syncerior.
 Mala { Porracea,
 Liuida.
 Nigra,
 Qua oēs reliciuntur colores, exitiale admodū,
 Liuida cum { Graui,
 odore { Subputrido, } Deterrima.
 Fetido.

De Sputo.

Sputū in pulmo-
 nis costarūque
 doloribus. { Bonum { Quod citò } expuitur.
 { Quod facile }
 { Quod flauo valde permistum est.
 Malū { Quod multò post principiū doloris ex-
 { Quod flauū est aut ruffum, (puitur,
 { Quod multam tussim inducit,
 { Quod non valde permistum est,
 Peius { Flauum merum,
 { Album,
 { Viscosum,
 { Rotundum.
 { Viride valde.
 { Pallidū siue eruginosum,
 { Spumosum.
 Pessimū { Nigrum syncerum,
 { Si nihil expurgetur, neque pulmo e-
 { iiciat, sed plenius in gutture ferueat.

Sputum

| | | | | | | |
|--------------------------------|---|-----------|---|------|---|--|
| Sputum in pulmonis morbo | { | Salutare, | { | quod | { | In principio morbi flauū cui pau- |
| | | Minus se | | | | lū sanguinis admixtū est emittitur |
| | | curum, | | | | Septimo die, aut posteri ⁹ reiicitur, |
| | | Malum, | | | | Dolorem non mitigat, |
| | | Pessimū, | | | | Nigrum, |
| | | Optimū, | | | | Dolorem placat. |

De Grauedine & Sternutamento.

| | | | | | | |
|--|---|----|---|--------------------------------------|---|--------|
| Grauedines & ster- nutamenta præire vel subsequi | { | In | { | Morbis qui in pulmone | { | Malum. |
| | | | | fatigant, Aliis morbis exitiosis, | | |

De Suppuratis & purulentis.

| | | | | |
|--|---|----------------------|---|---------------------------|
| Dolor thora- cis qui non sedatur | { | Sputi purgatione, | { | In suppurationē vertitur. |
| | | Ventris subductione, | | |
| | | Venæ incisione, | | |
| | | Medicamento, | | |
| | | Viētus ratione, | | |

| | | | | |
|---|---|-------------|---|-----------|
| Suppuratio erumpens sputo adhuc bi- lioso apparente admodum pernicioſa ſiue bilis | { | Scorſum | { | expuatur. |
| | | Vnà cū pure | | |

Si enim à die morbi ſeptimo inceperit pus ab huiusmodi ſputo
procedere, timendum ne quarto decimo die moriatur.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|--------------------------------|---|--------------------------|---|---------|---|---------------|---|------|---|-------------------------------|--------|---|---------------|---|--|---|--------------------------------------|
| Bonæ ſpei ſigna, ſi eger | { | Bene ſuſtinet morbum, | { | horū ſi | { | Nullum deſit, | { | eger | { | Nequa- quam mo- rietur. | | | | | | | |
| | | Facile ſpirat, | | | | | | | | { | Adſint | { | Aliqua non | { | Die ad ſummum 13. morie- tur. | | |
| | | Dolore leuatus eſt, | | | | | | | | | | | | | | | |
| | | Sine difficult. ſcreat, | | | | | | | | | | | | | | | |
| | | Corpus inæqualiter | | | | | | | | | | | | | | | |
| | | molle et callidum habet, | | | | | | | | | | | | | | | |
| | | Siti non infeſtatur. | | | | | | | | | | | | | | | |
| | | Vrinam, | | | | | | | | | | | | | | | |
| | | Alui ſedi | | | | | | | | | | | | | | { | probè reſpō- dentia ha- beant. |
| | | mina, | | | | | | | | | | | | | | | |
| Somnos, | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| Sudores, | | | | | | | | | | | | | | | | | |

Signa

| | | | | | | | | | | | | |
|---------------------------|-------------------------|-------------------------------------|--------------------|-------------|---|------|---|------|---------------|----|-------------|----------------|
| Signa mala si | { | Intollerabilis est morbus, | { | Quicquid ho | { | Nono | { | die, | | | | |
| | | Halit ⁹ magnus & frequēs | | | | | | | rūdicto sputo | 10 | | |
| | | est, | | | | | | | | | | |
| | | Non est mitigatus dolor, | | | | | | | | | ægrū moritu | |
| | | Vix sputum redditur, | | | | | | | | | | rū significat, |
| | | Sitis vehementer cruciat, | | | | | | | | | | |
| Febris inæqualiter corpus | Pri ⁹ 14 | | | | | | | | | | | |
| Véter | | vehemēter calēt, | | | | | | | | | | |
| Latera | | | frigore afficiūtur | | | | | | | | | |
| Manus | | | | | | | | | | | | |
| Pedes | | | | | | | | | | | | |
| Vrina | | | | | | | | | | | | |
| Alui excre- menta | periculū mi- nantur. | | | | | | | | | | | |
| Somni | | | | | | | | | | | | |
| Sudores | | | | | | | | | | | | |

| | | | | |
|---|---|--------------------|---|---|
| Suppurationū aliarum quædā rumpuntur die | { | 20- Si protinus ab | { | Dolor, Tussis, Spiri ⁹ difficultas, Sputi excretio, |
| | | initio fuit vehe | | |
| | | 30 mēs & cōtinēs. | | |
| | | 40 Puris eruptio- | | |
| | { | 60 nem præ.t. | { | Dolor, Spiradi difficultas, Screatio. |

| | | | | |
|---|---|------------------------------------|---|--|
| Spurationis initiū ab eo die putādum est quo quis primū aut | { | Febricitauit, | { | Ex hoc tēpore pu- ris eruptionē ex- pectare oportet. |
| | | Inhorruit, | | |
| | | Grauitatē sensit illius | | |
| | | partis quam dolor in- festabat. | | |

| | | |
|---|---|--|
| Suppuratio in altera tho- racis parte dūtaxat erit, si | { | Alterum tātum latus dolore cruciatur, |
| | | Alterum latus altero calidius est, |
| | | In latus oppositum decumbens onera- ri se aliquo pondere sentiat. |

Suppurati

Suppurati his indi-
ciis deprehendun-
tur, si

- Febris non dimittit.
- Febris interdiu lenior, noctu vehemētior est,
- Tussiedi cupiditas est, sed nihil penè expuitur,
- Oculi cauantur,
- Malæ rubent,
- Vngues in manibus curuantur,
- Digitum summi calent,
- Pedes tument,
- Cibi fastidium est,
- Pustulæ ex toto corpore erumpunt,
- Spiritus maiori cum difficultate trahitur.

Quæ sequuntur notæ perquam salubres sunt, & celeriter hominem liberant. Ab his securitatem quoque pollicentur quæ ad ipsas proximæ accedunt.

Hi suppurati
potissimum su-
persunt

- Quos febris eodem dimisit die post eruptionem,
- Qui cibum citius appetunt,
- Qui siti liberantur,
- Quibus alius exigua quædam & figurata reddit
 - Album,
 - Leue,
 - Simplici colore,
 - Sine pituita,
 - Sine dolore,
 - Sine magna tussi.
- Qui pus eiiciunt

Supparato certum
periculum est, si

- Febris non quieuit,
- Febris post quietem repetit,
- Sitis est,
- Cibi fastidium,
- Venter liquidus,
- AEger sreat
 - Liuidum } pus.
 - Pallidum }
 - Spumantem pituitam.

Quibus accidunt

- Hæc omnia, seruari non possunt.
- Non omnia
 - Alii moriuntur,
 - Alij post longa temporum inter-
ualla sani euadunt.

De Abscessibus.

Quibus peripneumonicis Abscessus { Secundū aures oriūtur,
In partibus inferius sup } His secunda va-
purantur, letudo cōtingit.
Fistulam efficiunt,

Febris non conquiescit,
Dolor non mitigatur,
Sputum non pro ratione eiicitur.

Eiusmodi abscessus expectandi sunt in quibus { Aluus non excernit } Biliosa,
Liquida,
Syncera,
Solutu facila.

Vrina admodū pauca multa sedimina habet
Reliqua signa securitatem pollicentur.

Abscessus { Inferius, quibus inflammata fuerint hypochondria,
eueniunt in partib⁹ } Superiori { Illia molliora } Neq; tumore } infestatur.
bus quib⁹ { Neq; dolore }
Spiritus difficultas pro tempore sine vlla e-
uidenti occasione quiescit.

In vehementi & periculosa peri- pneumonia { Vtile si } In cruribus nascantur abscessus,
Sputum cruentum aut flauum in pus
conuersum.
Facile expuatur,
Inutile cū pe- { Neque sputū probè excernitur,
riculo claudi } Nec vrina bonum habet sedi-
cationis si } mentum.

Delirij aut mortis periculum est, si { Abscessus qui subsederunt repetunt,
Non prodeat sputum,
Perseueret febris.

Abscessus subsident & citò cessant propter { Humoris tenuitatem,
Partis raritatem,
Ambientis aëris caliditatem,
Medicamenti vehementiam,
Virium ægri robur.

Ex suppurationibus { Ex peripneumonia }
 { Cæteris quæ in auribus infestant. } Moriuntur ferè { Seniores,
 { Iuniores.

Dolores qui cum febre affligunt circa { Mala }
 lumbos & inferas sedes, si attigerint { Bona } { Morietur,
 præcordia & reliqua signa sint { ager } { Purulētus
 fiet.

Quum vruntur suppurati { Seruātur quibus pus effluxerit } { Purum,
 { Candidum,
 { Sine foetore.

{ Pereunt quibus fluxerit pus } { Subcruentum,
 { Cœnosum.

Ex Vesica nota.

Affectus quo vesica { Dura est,
 { Dolore vexatur,
 { Cum febre continua, } Exitiosus est in i. circuitu.
 { Dura & coacta excernente aluo,
 { Vrinam excernit purulentā } { Candidū,
 { quæ sedimentum habet. } { Læue. } { Salubris.

Id pueris à septimo anno ad quintumdecimum accidere solet.

LIBRI TERTII PROGNOSTICO-

rum Hippocratis tabulæ per Ioannem Malpœum medicum.

De Febris.

Febres iisdem numero diebus indicantur ex quibus homines { Superfunt,
 { Intereunt.

Febres { Simplicissimæ & signis firmatæ securissimis. } { die quarto } { Desinunt,
 { Malignissimæ & signis periculosis affligentes. } { vel citius } { Interficiūt.

D 2 Insultus

T A B. H I P P O C R A T.

| | | |
|-------------------------------|----------------|----|
| | 1 ^o | 4 |
| | 2 | 7 |
| | 3 | 11 |
| | 4 | 14 |
| | 5 | 17 |
| | 6 | 20 |
| Insultus fe- brium finitur | 7 | 24 |
| | 8 | 31 |
| | 9 | 34 |
| | 10 | 40 |
| | 11 | 44 |
| | 12 | 51 |
| | 13 | 54 |
| | 14 | 60 |

Non integris nu-
meratur diebus

Supputa-
tio hæc,

Annus,
Mensis,

Nam

Tres septenarij viginti circūscribun-
tur diebus.

Cōstat trecētis & 65 diebus, quarta
parte diei & propemodū cētesima.

Minor 27 diebus, & maior 29.

Discernere à princi-
pio morbos qui
spatio finiuntur.

Longiori
Breviori

Est

Difficilius
Facilius

Quod horū
principia

Similia sint
Maximis distin-
guatur notis.

Morbis breuissimo
tēpore iudicādis cor-
repti, quia dissimilia
habēt principia faci-
le dignoscūtur: Nam

Ad sanitatē
tendentes

Perituri

Facile spirant,
Non dolent,
Dormiunt noctu,
Et reliqua signa securitatē pol-
licentur.

AEgrē spirant, (licentur.)
Delirant,
Vigilant,
Et cetera signa pessima habēt.

Numerandū ad
iudicationem

In febribus

In puerperis febricitantibus

Continuis
Intermittētibus

A

Primo die per quaternarios,
Prima accessione ad alias.
Die partus.

De Affectibus qui in capite, ore, & faucibus affligūt.

Capitis dolor
vehemens &
continuus cū
febre si fuerit

Cū indicis
salubribus
à principio
ad vigesi-
mū diē in

Iunioribus
55 annis

Seniorib.

Expe-
ctabis

Sanguinis eru-
ptionē è narib⁹
maxime cū do-
lor fuerit

Suppurationem vel abscessum ad
inferas se des.

Reccens,
Vehemens,
In fronte,
In temporibus.

Auriū dolor acutus cū febre continua, periculū adfert { Delirij, } Si { Cerebrū in cōsensum adducatur, }
 { Mortis } Fluxio dolorē cōmit tēs ī cerebrū irruerit
 subitæ,

Intereunt ab hoc morbo { Iuuenes septimo die aut citius, } Quia { Antequā suppurentur febris & deliriū ob biliosum temperamentum accidit. }
 { Senes multo tardius quos recidiva morborū subinde interimunt, } { Euadūt tamē, si pus candidū expuant, accedentibus aliis signis salubribus. }
 { Non aequē magnas febres experiuntur, neque adeo insaniunt. }

Si febricitanti fauces exulcerentur prauo aliquo succedente signo, in periculo hominem versari denuntiandum est.

De Angina.

Angi- { Gravissima 1. 2. 3. aut 4. die e- necans, in qua } Nec in cervice } Cōspiciū aliquid { Color, } prater naturā
 { Nec in fauci- } apparet scilicet { Calor, }
 { bus } { Tumor, }
 { Dolor vehemens est, }
 { Spirationis difficultas. }
 { Superiore nō mi- } Dolorem alteri similem infert,
 { n° periculosapau- } Tumorem,
 { lo longius spatiū } { vehemētem in faucibus }
 { habens, quæ } Ruborem { excitat. }
 { Diuturnior, in qua } Fauces, } rubent.
 { } Ceruix, }
 { } { traxerunt ruborem. }
 { Ceruix }
 { Pectus }
 { Salubris in qua } Erysipelas nō ad interiora re- currit, nāque ad pulmonem versa efficit, vel { Dementiam. }
 { Rubor quam maximè foras vertitur. } { Suppurationē. }
 { Nec diebus decretoriis deletur Erysipelas. }
 { Neque in exteriores partes conuertitur tumor, }
 { Neque facilè pus sereat, }
 { Et levis & à dolore immunis videtur } AEger.

De Gurgulione.

Gurgulio cū tumore rubescens { Nec secetur, } Etenim ei accidit { Inflammatio. }
 { Nec scarificetur } Sanguinis fluor.
 { Sed aliis medicamentis extenuetur, }
 { Alius subducatur, }
 { Demum vna nominata cuius ima pars crassa & rotunda, summa verò tenuis videtur, intrepidè præcidatur. }

Signa Februm non determinato loco affecto.

Recidivā habēt febres { Neque salutaribus notis apparentibus, }
 quæ conquiescunt { Neque in diebus decretoriis. }

Febris ex qua æger liberari potest progatur propter { Aliquā partem affectam curatu difficilem, } Abscessū qui magis & citius nascitur in his qui 30. annos nō excesserūt, idque post vigesimum diem.
 { Humores crudos, crassos, incoctosque, quibus natura medetur, vel per } Cōcoctionē { Aluū raro. }
 { } { Vrinæ frequentius. }

Febris ex qua æger liberari potest progatur propter { Cōmissum aliquot } Aegri, Absidentium, Medici.
 { Aliquā exteriorem causam, videlicet } Tempus, Regionem, Constitutionem, Domicilium prauum, Molestias, Solitudinem, Angorem, &c.

Humores { Calidiores, } cum ægri { Vehementioribus, } morbum { Per excretionem, }
 { Frigidiores, } viribus { Debilioribus, } creant { Minimè, sed corrumpit ægrū, aut perquā }
 { Calidiores, } { Imbellibus, } qui idcirco { lōgo temporis spatio }
 { Frigidiores, } { Fortibus. } catur { vix concoquitur. }
 { } { } { Per abscessum. }
 { } { } { Per abscessum. }

Febris { Continuis, } solet super- { Abscessus, } his maxi- { 30. annis mi- }
 { Interpellatis & errabundis cū Autūnus } uenire { Quartana. } me qui { nores sunt, }
 { proximus est. } { } { } { 30. annum }
 { } { } { } { agunt, aut }
 { } { } { } { excesserūt. }

Abscessus hyeme { Magis accidunt, }
 { Serius finiuntur, }
 { Non facilè reuertuntur. }

De Vomitione spontanea.

| | | | |
|--|--|--|----------------------|
| Bile vomet in febre non lethali | Citò cui | Caput dolet, | quippiam. |
| | | Ante oculos obscura quædã versantur, Cordis dolor accidit. | |
| | Citius qui | Horruerit, Inferiores præcordiorũ partes frigore affectas habuerit. | |
| si capitis dolor incipit ægrota- tionis | Citissimè qui eo tempore | Ederit | quippiam. |
| | | Biberit | |
| si capitis dolor incipit ægrota- tionis | primo die, tertio die quod fit plerunque quinto die reliquis ex pro- portione respondentibus | quarto | Indicatur septimo |
| | | quinto | nono aut undecimo |
| | | 14 | |
| Hæc contin- gere solent | Viris | in tertianis maxime, | præcipuè. |
| | Mulieribus | | |
| | Iunioribus | Tertianis, Continuis, Tertianis synceris | |
| i cui in febre non exi- osa | Caput dolet, Oculi | Obscuras imagines videt, Caligatione hebetantur, Splendentia quædã cerne- re se putant. Sponte lachrymentur. | accidit |
| | | Præ cordis dolore in alterutra par- te præcordia tenduntur sine do- lore, sine inflammatione. | |
| | | Sanguinis è naribus fluor iuni- oribus, Vomitibus 30 annũ a- gentibus aut supe- rantibus. | |

De Convulsione.

| | | | |
|---|--|-----------------------|----------|
| Convulsio pueris qui secundum septimũ an- num exceſſerunt ac- cidit si | Febre acuta corripitur, Aluus nihil deiciat, Somnus nõ accedat, Terreantur, Fleant, Color efficiatur modo | Causæ. | Indicia. |
| | | | |
| | | | |
| | | Pallidus, Liuidus, | |

T A B. H I P P O C R A T.

Morituros & cōualituros ex omnibus signis cōiectare oportet. Nam vnum signum. { Malūve hemēs } A multis { Bonis, }
 { Bonū, } vincitur { Malis.

Hæc intelligit Hipp. de morbis & { Acutis, }
 { His qui ab ipsis nascuntur.

Qui rectè { Perituros, }
 { Superstites futuros, }
 { Quibus morbus lōgo } expē
 { Quibus breuiori } dat
 { spatio finietur }
 { Signorū inter se collatorū vires } Aliorum, { Vrine, }
 { Sputi } { purulēti, }
 { biliosi. }
 { Superuenientiū morborū ipetū. }
 { Morborū populariter grassantiū, } cōditionē.
 { Temporū anni. }

Signa quouis anno & tempore { Mala, }
 { Bona, } denuntiant { Malum siue tumorem. }
 { Bonum siue bonā spem. }

Nullius morbi hic non descripti nomen desiderandum est:
 Nam omnes qui in dictis temporum spatiis morbi indicantur, iisdem quoque indiciis discernuntur.

PROGNOSTICORVM HIP-
 pocratis in tabellas per Ioannem Malpœum
 redactorum Finis.

